

A. incisum designabit syllabam, ab, Ao, designabit Antonio. Am. dicet, aurum, & Ai, dicet, accepi. Sufficit enim ut figura ostendat imaginem, sive speciem dictoris: nam ex illo idea statim memoria recordatur. Hujus exemplum habetur in praecedenti schemate, à nona figura incipiendo.

DE FIGVRATIONIBVS  
quorundam nihil significantium, ut  
sunt, risus, cachinni, balatus,  
boatus, & his simili-  
lium.

DICUNTUR risus, cachinni, & alia quædam nihil significare: non quod verè nibil significant, sed quia hujusmodi corporis motus, nulla valent verborū vi pronunciari, deserviunt tamen ad movendum mentis ideam, pro conceptu aliquo ab ipsis denominato; exempli gratia, si in sermonis discursu pertractandum erit de stultitiaribus, de vanitate loquendi, de immoderata hilaritatis figura, de ovium in campestribus delectabili balatu, de mugitu, rugitu, ululatu, ac cæteris simili-

D 4 bus;